



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Circa secundum Præceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39652**

aurabiecte de diuina prouidentia sentiat; aut murmuret de ipso Deo, eò quod non largiatur ipsi sanitatem, aut diuitias, aut bona alia, quæ ipse desiderat: aut si Deum tentet, miracula absque necessitate exigendo, humanis medijs non adhibitis; aut contra, totam fiduciam suam in illis potius, quam in Deo collocando; arroganter plus quam par sit suis viribus & industriae tribuendo: ideoque peccandi & errandi periculo se se exponendo.

**TERTIO** contra CHARITATEM peccat, qui Deum odit, aut minus quam creaturas diligit; diuinamq; voluntatem calcat, vt propriam suam exequatur; aut ut alijs gratificetur; aut ob timores & respectus humanos: aut si Deo quidem seruiat, sed intentione precipue aliqua terrena, inani, aut mercenaria; aut cum acedia tædioque rerum cius obsequii, aut cum notabilis segritatem, & laxitate in eisdem exequendis. Item peccatur contra preceptum de diligendo Deo ex toto corde, & ex tota mente, spiritu, fortitudine, & viribus cum vel ex incuria, passione, aut malitia cor ipsum in varias inordinatas affectiones est diuisum; anima multis sensuum perturbationibus, spiritus distractionibus ac diuagationibus inutilibus dat locum, vires verò & fortitudo in multas occupationes terrenas intendentis non satisfaciunt puritati & integratati dilectionis Dei.

**QUARTO** denique contra HUMILITATEM, reuerentiam, timorem, & subiectionem, siue obedientiam Deo debitam peccat, qui in Deum arrogans est, sibi que ipsi: & meritis suis tribuit bona, quæ habet: aut ita de eis gloriat, ac si Dei non essent: aut gratias pro eis non agit; aut falsa quædam libertate ita eisdem vtitur, quasi omnino suis; aut, si cogitet, ea esse maiora, quam reuera sint; aut verbis inanibus de eis glorietur, ob laudes proprias; aut in operibus, quæ facit, inanem hanc intentionem respiciat.

### Circa secundum preceptum.

**P**RIMVM peccat contra hoc preceptum, qui per Deum aut eius Santos aut res sacras iurat; affirmando rem aliquam falsam, aut dubius de eius veritate, aut prius quam id attendat; aut si promittat aliquid absque intentione adimplendi; aut promittat, quod malum est, aut non impleat bonum, quod promisit, aut si temerè & cum parua nominis Dei reuerentia iuret: vt si leuiter & ioco iurans, iurandi consuetudinem induat.

**D**E INDE peccat, qui Deum aut eius Santos blasphemat, aut aliquam eorum partem cum irrisione profert, aut Dei nomina alicui creature attribuit; aut per creaturam aliquam iurat, quasi ei diuinitatis aliquid inesset: & similiter peccat grauissime, qui per idolum, aut fallum aliquem Prophetam iurat.

1. Tom.

Sf

TER-

3.  
Charitas.4.  
Humilitas.1.  
uramentum.2.  
Blasphemia.

3.  
Perjurium.

Votum.

I.  
Festa,2.  
Sacrum  
Missa.

Sacerdos.

3.  
Decor Ec-  
clesiae.4.  
Oratio.  
Sacramen-  
ta.5.  
Ecclesia.  
Concio.

TERTIÒ peccat, qui iuramentum, aut votum frangit, quod fecit; aut sine causa differt implere; aut sine rationabili causa dispensationem petit; aut de voto aut iuramento prudenter factò dolet; aut in eo seruando est negligens. Necesse est autem expressam facere mentionem votorum, & iuramentorum, quæ Religiosorum statui, aut Iudicium officio sunt annexa, ut cum iurant se sernatuos, aut operam datus, ut leges aliquæ & pragmaticæ seruentur; aut se non manifestatus suarum consultationum fecre-  
ta, & alia similia.

*Circumtertium preceptum.*

**P**RIMVM peccatur, si quis violet dies festos, exercendo opus aliquod seruile prohibitum, aut iubendo fieri, aut non impediendo eos, qui ipsius curæ sunt commissi & si ipsos dies precipue solemniores, loco piorum operum expendat in actionibus prauis, quæ Deum offendunt.

DEINDE, si absque rationabili causa totum Sacrum Missæ, aut notabile eius partem ipsis diebus festis audire prætermittat, aut si præsens est, voluntarie distrahatur, aut exigua adhibeat externam reuerentiam, aut garrit, aut quidaliud, quod tales locum dedebeat in aliorum detrimetum faciat: & similiter si causa sit, cur alij sacro ipsi non intersint, aut eidem non attendant. Grauius tamen peccabit Sacerdos, qui in his fuerit negligens: & si sacram ipsum cum exigua attentione, reuerentia, ac decentia, festinanter faciat, aut non benè verba proferat, aut diu sacram facere omittat, quod vitam ducat laxiorem.

AD HOC ipsum mandatum referri possunt omnes irreuerentiæ & indecentiæ, quæ fiunt in locu[m] sacrū, & ipsa diuina officia, ut si violetur ipsa Ecclesia, si non seruetur eius immunitas: si, quæ in ea fieri prohibita sunt, fiunt: ut si tempore interdicti fiunt, quæ fieri prohibentur, si quis excommunicatus aut suspensus illis intersit, aut Ecclesia censuras contemnat; aut Sanctorum reliquias, imagines, & alia sacra ornamenta contemptim tractet.

QVARTE peccat, qui diuinū officiū, aliasve orationes, ad quas tenetur, non orat; aut si sponte & volens in eis distrahatur; aut verba transiliat; aut similia faciat, quæ attentionem impedian. & similiter, si confessionis & communionis Sacramenta, nō suscipiantur, quando Ecclesia præceptu ad id obligat. & vniuersim, etiam cum ex præcepto ad hæc præstanta non tenetur peccat, qui ea præstet absq[ue] attentione, integritate, & reuerentia ipsis debita.

DENIQUE peccat, qui præscripta ieiunia, & abstinentiam à cibis, præscriptis ab Ecclesia diebus non seruat. & qui ex ignauia, & pigritia, bonoru[m] operum exercitationem intermitit: ut qui concionibus non interest; aut alijs rebus, quas Christiani communiter faciunt, ipse se subtrahit.

Circa